



Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Dominica I. Quadragesimæ. 4. Opus est ut Diabolus nos tentet. 2.
Qualesnam sint hujus Tentatoris qualitates. 3. Quam bene nobis Tentator
suis tentationibus faciat.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

SERMO QVARTVS. DOMINICA PRIMA QVADRAGESIMÆ.

Ductus est IESVS in desertum à spiritu, ut tentaretur à Diabolo. Matth. cap. 4.

In remotionibus Galgata, Jericho, & Bethel confinis, sub gelido climate sitarum est alpeitre & monuosum quoddam desertum, à nemine præterquam à solitudine, umbris, metisque hominibus inhabitatum. Circa quod lubrico pede currens Jordanis fluvius, appropinquat quædam, ingredi aures minimè audeat, timens, ut in illa solitudine nimium perterritus, aut in aliquam inaccessam rupem præcipitum. Desertum illud nunquam sereno aliquo supercilio à celo contemplatum fuit, nec radiorum claritate visitatum à Sole. In eodem tingens quoque r gotes omne interdixerunt committentium florum natalibus, & placidis auribus salutaris. Silentium loci illius, quod ibidem in profuando quodam lethargo jaceret sepulcrum, à nullo alio violatur, præterquam ab ingentis & inconditis nocturnarum avium ejulationibus & sibilis, & flebilibus arborum lamentis, quæ contínuas inter se confrete videntur querimonias, quod ab indiscreto Aquilone frondibus suis spolientur palliis, nudaque membra hyberæ rateris perire, nec non caëlorum nimie inclementiæ relinquuntur exposita, ac unicam quædam sibi semitam videre licet, quæ pedi inaccessæ, quodnam sibi cum securitate eundem sermone ad quemlibet gressum implexarum intricatarumque spinarum sepes occurrunt, quæ stragibus & utricis permixtæ, viatorem impediunt, quo minus horrida deserti illius divertoria penetrare possit. In hujus solitariæ & horridæ silvæ reconditis simis locis, velut in campo quodam Martio famelicus Salvator nossest inani infernalis expectabat insulcus: *Ductus est in desertum, ut tentaretur à Diabolo*, qui ut visibile se objectum redderet, in phantastica nani levis specio comparuit. *Credidit illes De-*

monem istum novum quendam Athnam fuisset, siquidem capitis sui verticem coma quadam contegebat nivea, cum tamen in profuando sinus sui reconditas haberet ardentes voragines inferni. Vultus ejus à Sole denigratus & decoloratus esse videbatur, cum potius infernalis ignis terra esset fuligine tinctus. Si quis facilis fuisset ad præstandam exteriori apparentiæ fidem, existimare potuisset, se videre quandam ossium nimia abstinencia consumptorum catastrophem, ejus membra livida potius emaceraret invidia: ad labiorum morum, duotantum se prodebant dentes, tempore & confectæ senectutis rubigine exeli & contosi, qualibus luporum aut aporum ora communita esse noscuntur. Dextera sua rudi eundem truncato stipitis loco innitebatur, utpote qui præcipitiorum, quæ in cæli empyrei firmitudine perpestus fuerat, probè memor, in ipsa quoque terræ stabilitate pedem quoque movebat dubiè, malèque securum. Huic gloriosissimorum operum indicia, quæ Christi Divinitatem & excellentiam præconizabant, suspicionem quandam animo ingesserant, nam fortè Christus venisset, ut illud sibi dominium in mundo vendicaret, quod is arte & dolis jam dudum sibi usurpaverat, scilicet genu flexiones gentium, victimarum, quæ altaribus suis inferebantur, tributa, nec non oblationes & incensa, quæ major illi mundi pars offerebat. Ac proinde, ut se per omnia hac de re redderet securum, statuit tumido quodam ausu armatus aggredi Salvatorem; & quia se futurum præsumebat hoc in prælio indubitatum victorem, ideo triumphum canens ante victoriam, trophæi loco habitu quoddam indutus erat ex palmis contexto. Porro primum insultum Christo Domino per lapides intentavit, dicens: *Dic ut lapides isti panes fiant.*

Handwritten notes in red ink on the right page, including 'X' and '25'.

Handwritten note at the bottom right of the page.

Itane d Dæmon ? Tunc lapides famelico alii apponere non erubescis ? Mirum non est, ut video, quod Ambrosius dixerit, quod dum per superbiam negotiari incipiens, comparare tibi voluisti Divinitatem, in adeo miserabilem jacturam lapsus fueris, ut omnibus excellentis gratie divitiis exutus, in intolerabilem quandam dejectus sis mendicitatem, in qua tibi aliud presentandum non superstit, quam lapides ! Quia non invenit cibum, quem offerret esurienti, postulat in cibum saxa mutari. Cum autem confictus exitum procul ab intento suo aberrare conspiceret, desertum confestim cum pinnaculo Templi commutat : Statuit eum super pinnaculum Templi, et que precipitia persuadere contendit, dicens : Si filius DEI es, mitte te deorsum. Tandem secundum quoque insultum irritum esse conspiciens : Assumpsit eum Diabolus in montem excelsum valde, bique ultimum circa ipsum experiebatur tentamen, offerendo ei omnia regna & monarchias mundi, si genus ipsum illum adoraret : Hac omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me; in quo etiam certamine confusus remansit, Salvatore nostro ei respondente : Vade Sathana; Dominum Deum tuum adorabis; idq; quod ei convenientissime sic accidit, ut existimat S. Hilarius, dicens : Temeritatis tanta congruum exitum tulit, & criminum suorum in Sathana nomen audivit, & Dominum suum adorandum in homine cognovit. Nos interea de tribus hisce tentationibus discurrunt, in prima, quis tentet, & qua ratione Dæmon tentet, videbimus. In secunda, quales sint inimici tentationis qualitates. In tertia denique, quanta nobis dæmon nos tentando, bona conciliet. Ex quo autem vos tanquam veri Christi jejunantis sequaces & imitatores, famelicos vos hoc Quadragesimali tempore exhibebis. ego ad imitationem Angelorum, mensam vobis præparabo, pane verbi DEI opiparè instructam, siquidem Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore DEI, ordiamur.

2. Tunc ductus est Iesus in desertum à spiritu, ut tentaretur à Diabolo. Nullibi legitur, quod Diabolus Filium Dei antea tentationibus infestare præsumperit, sed tunc pridem id facere cœpit, quando in Jordane à Joanne baptizatus fuit. Tunc ductus est in desertum, ut tentaretur; imò, postquam jejunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus : Cum jejunasset quadraginta diebus, accessit tentator. Quando

dæmon aliquem per viam perfectionis ambulare conspicit, tunc illi vel maxime molestus esse incipit. Quando quis sanctior est, quantoque major est fervor, quo Deo servit, sequitur in virtutibus exercet, tanto illum dæmon vehementius tentat; denique cum bonis, non verò cum malis, cum iustis, & non cum peccatoribus ipsi semper negotium intercedit. Post baptizatum tentatur Christus, inquit S. Hilarius, quod in sanctificatione maxime Diaboli tentamenta grassantur, quia victoria maxime exoptanda est de Sanctis. Et S. Ambrosius ait: Quod magis iustus, magis est quisquam, eo magis illi insidatur inimicus. S. Joannes Chrysostomus dæmonem maris pira- te comparat, qui si cognoscere possit, navigium aliquod vacuum & inane esse, nullique mercibus onustum, parum illud aggredi, aut infestare curat; at verò si in navigium aliquod incidat mercibus preciosissimis copiose onustum, confestim ad prælium se præparat, ei appropinquat, explosis in illud bombardis, globorum pilis illud quatit, omnemque illud intercipiendi viam tentat: ita quoque, si anima aliqua ab omni sit merito denudata, virtutum inops, nequequam aliud, quam peccatorum ætarnam intra se claudat, ad illam tentationibus infestandam, sese nequaquam applicat: at verò si animam quandam offendat, quæ virtutibus, perfectionibus, & sanctitate plena sit, hanc protinus aggreditur, cum illa sibi vult esse negotium, hanc capere, vel saltem deprædandi desiderat, non quiescit, non intermittit, non cessat, nullumque medium negligit, quin illud adhibendo videat, an possibile sit eam superare, aut vincere. En ipsissima verba Chrysostomi: Pirata navigantes non tunc insidantur, cum à portu viderint egentes nam quid proderit in vadere navem vacuum? sed tunc omnes artes movent, cum onusta redeunt. Audite applicationem: Ita malignus ille Dæmon, cum horum viderit multa convenisse, nempe jejunium, preces, elemosinas, continentiam, aliaque virtutes omnes, usque navem nostram gemmæ repletam, tunc undique se objicit, ut thesaurum rapiat, & in ipso portus ingressu vincat & spoliat.

3. Regius Propheta David oculo prophætico prævidens, quales futuræ essent venturi Messie qualitates & conditiones, dixit in illo velut in brevi compendio congregandas esse omnes species & elegantias imaginabiles, quæ ab omnibus aliis creaturis diffusè partici-

D. Ambrosius
serm. 37. de
jejun.

D. Hilarius
cap. 3. in
Matth.

caplantur speciosus forma pra filiis hominum, quasi diceret: venustates Mesia cum hominum elegantis comparatae, sunt instar solis aetherae stellarum respectu: postea vero ad maiorem Mesiae gloriam subiungit gratiam in laborum suorum theatro speciatim residere: *Diffusa est gratia in labiis eius Pulchritudo* inquit, ut etiam pulchritudine excedere loqui, ut etiam pulchritudine eiusque prerogativas pro dignitate sua sufficienter non extollar. Veruntamen quod mihi in illo Psalmo vel maximam admirationem adfert, est, quod paulo post subiungit dicens: *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime*; ac quasi diceret species & pulchritudo tua te ad cingendum lateri tuo eadem ratione ad praeliandum [& quidem valde periosae, quia potentissime] te cogent. Quibus autem est ille quocum illi armis cōcordandum erit? Num forte cum aliquo, qui cum illo de pulchritudine & morum virtute contendit? S. Athanasius respondet, praesentem hunc, quocum illi armata manu cogendum erit, Dæmonem futurum esse.

Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime sed pugnando contra Diabolum. Verum dices foras, quidnam Dæmonis interest, sive a quo pulchritudo sit, sive turpis? aut quomodo fieri potest quod spiritui malo specialia ad virtutis pulchritudinem odium intercedat? Potius pro illa ei pugnandum esset, nisi enim illa in mundo esset, haud dubie longè pauciora in mundo peccata fierent: pulchritudo enim est quae inter eos quas afficit facile reddit reos, multos decipit; Quomodo igitur secum esse poterit Diabolum esse pulchritudinis inimicum? *Accingere gladio tuo contra Diabolum* quia speciosus forma pra filiis hominum. S. Basilus respondet Davidem non de corporis sed de animae pulchritudine locutum esse, id est de sanctitate. *Non carnis pulchritudinem celebrat; per hanc pulchritudinem percussus prope a ad divinam spiritualis pulchritudinis amore commovetur est*. Ecce igitur hic tibi aperit & manifestatum mysterium ac Davidis intentionem, vult enim clarius dicere: vos quotquot estis inter cunctos alios homines sanctissimi, femur vestrum gladio accingite ad expectandum in trepide insultus Sathanae, neque enim cires estis cum peccatoribus sed cum iustis, & quanto quis iustior est tanto vehementius eum tentatio-

num suarum armis studet subvertere & exterminare. Et in hoc eodem sensu S. Gregorius in suis moralibus locutum esse existimo, dum ait: *Hofis namque callidus, quos iustitia luce splendescere conspicit, eorum mentes illicitis desiderii inflammare contendit.*

4. Quod idemmet David Ps. 83. Dominum vehementer quoque rogarit, ut se ab inimici infernalis plus nimium infidiosis machinationibus liberare dignaretur: dicendo: *Custodi animam meam*, nihil quidem in se mirum habet, quia sine gratia divina impossibile nobis est, eisdem nos posse resistere: ac proinde omnes nos eius esse debemus imitatores, quia istibus adeo diris & fortibus tam formidabilis inimici, persecutum aliquod fragile & vitreum, qualis est naturalis nostra possibilitas resistere nequaquam poterimus. At vero id quod menti meae nescio quem scrupulum ingerit, est quod ex hoc praecipue capite sese Deo recommendet, quia sanctus est: *Custodi animam meam quoniam sanctus sum*. Nolo in praesenti tecum de David contendere aut disputare, an hic tuus loquendi modus, quo te sanctum esse dicit, vanae cuidam gloriae vel superbiae sit adscribens, praecipue cum satis perspicuum omnibus sit, qualesnam fuerint vitae actiones; ut proinde sanctus Pater noster Augustinus haud immerito dicat: *Nescio utrum potuerit forte alius dicere, quoniam sanctus sum, nisi ille qui sine peccato erat in hoc mundo. peccatorum omnium non commissor, sed dimissor*. Sed hoc solum valde mihi videtur mirum, quod ex sanctitate tua singulari quadam in reformido nascatur, quae te, ut ad deum confugas, inducit, ut is nimirum animam tuam a Diabolicarum tentationum insultibus defendat, cum alias sanctitas communiter alium effectum habere soleat, scilicet quod habentem illam a qua vis diabolica infestatione securum reddat. Quod si adhuc peccator esses, majorem utique haberes timendi & patiendi occasionem, & dicendi: *Custodi me Domine, quoniam peccator sum*. Verum audire videor Davidem replicantem Id quotidianae experientiae repugnare videmus etenim quod peccatores Diabolum parum timeant, imo sepe damnosam nimis cum illo habeant conversationem & familiaritatem Diabolus enim peccatori in hac vita nullum creat fastidium, sed cum in pace quiete & tranquillè vivere permittit, iustis autem duntaxat insidias struere cernitur; atque ideo dicit David:

D. Greg. in Job lib. 29 Moral. c. 14. f. 184. col. 2. l. D.

Psal. 83.

S. Aug. ibi. f. 205. col. 2. l. D.

Handwritten notes in the right margin, including 'X' and '25'.

Raselli Quadragesimalis.

vid:

vid: Quia nunc sum in gratia Dei & sanctam vitam ago, haud immerito aliquem à Diabolo tentationis insultum formidare habeo: videor enim mihi videre militiam infernalem tentationibus armatam contra me procedere, imo quanto perfectior sanctitas mea erit, tanto quoque ferocior à Dæmone insultus expecto: *Tantum absuit ut de sua sanctitate consideret, ut potius maiorem in tentationibus formidaret, & propterea maius à Deo auxilium precaretur*, inquit Doctor quidam modernus.

Franc. Mend in 1. li. Reg. c. 11. n. 11. fo. 174. n. 17. l. D.

Ecclesiae lici. 2.

Nunquam huius malignitatis Diaboli recordari possum quia semper menti meae obvolutur sanctissimum illud ab Ecclesiastico nobis relictum consilium, quo dicit, *Fili accedens ad servitutem Dei sta in timore & iustitia, & prepara animam tuam ad tentationem*, quasi diceret; Vide ó Fili quisquis mundum deserens, Dei te servitio perpetuo dedicas, ne bonitatem tuam contamines, sed sta in timore & ne vel ad usum passum te fecerum esse existimes; ad præliandum quoque cum Dæmone animam tuam præpares, quasi totum motivum seu causa cur in continuo timore stare, & ad sustinendos diabolicos insultus præparari debeamus, hæc sola sit, quod viciniore Deo facti sumus, ejusque nos servituti adixerimus. Verum ó Ecclesiastice, licet supra omnem modum mihi tuum placeat consilium, veruntamen unam in eo habeo difficultatem, quam mihi à te dissolvi vehementer cupio, quod si feceris omnia mihi pro libitu præcipere potens. Quod si aliquis Deo procul remotus esset, & nullo modo ei servire vellet, censeretne hunc quoque obligatum esse ut morem suo gerat consilio, stando in timore & preparando se ad certamen cum Dæmone incundum? Quid respondes? Nequaquam, inquit, haud dubie, hic enim est extra omnis fastidium periculum: inimicus enim infernalis arma sua non nisi contra bonos vertit, & quanto magis quis in bonitate crescit, Deo per gratiam vicinius approximando, eique cum omni diligentia interveniendo, cum tantò majori ferocitate Dæmon contra eum suos multiplicat insidiosos conatus. Quapropter *Accedens ad servitutem Dei sta in timore, & prepara animam tuam ad tentationem, ne seducat*, [exponit Doctor quidam] tunc enim aciores erunt hostis insultus, cum propius ad Deum accesseris,

6. S. Paulus Apostolus haud secus ac si quædam Bellidux esset, ita in Epistola quadam quam ad Ephesios exaravit, suos monet ut se in bene ordinatam aciem constituant, atque de omnibus illis sibi prospiciant, quæ illis necessaria esse poterunt, ut imminenti cuidam formidabili prælio potentissimi hostis resistere possint. Dicit enim: *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias Diaboli*. Postea autem subiungit, *Caveo enim autem vobis est, fratres, ne exultimetis rem vobis futuram esse cum inimicis quibusdam ordinatis & vulgaribus. Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, id est adversus homines qui nos persequi videntur*, inquit S. Anselmus & Theophylactus: *Non enim nobis cum parvi momenti viris & casu oblatu bellandum est, neque adversus homines passibiles & nobis similes gerenda res est. Quinam igitur sunt hi inimici bellum nobis in fere regitantes? Quinam inquam sunt, adversum quos nos præparare debemus, ut eis resistere valeamus? Adversus principes & potestates, adversus mundum, adversus tenebrarum barum, contra spiritualium nequitiam in calistibus. Hæc equidem satis in se clara sunt. Veruntamen scire perciperem, quodnam Dæmon ab Ephesio accepit fastidium, ut motus sit illis apertum indicere bellum? scio quidem Dæmonem tyranum quandam esse, qui proinde nec lege dirigitur, nec ratione, ideoque nec rationem aliquam particularem habere, quæ eum ad id movere possit, nisi forte dicere velimus, id eum facere eo quod Ephesii malum deserentes ad bonum, se converterint: antea vivebant in peccato, & ideo inter se lites tantum civiles habebant adversus carnem & sanguinem; nunc autem ex quo veram Christi legem & fidem sunt amplexati, seque sanctitatis & perfectionis Christianæ studio dedicaverunt, & salutis viam ambulaverunt. O quot à Dæmone bella suscitantur, universum obarmat infernum, & insultus nunquam desiciunt, tenduntur semper tentationum insidiaz, nec induciz seu paxulla speratur. Non impugnat Sathanas nisi fortis Christi miles; peccatores iam præparat, & ut os culpa factos præteritis & contentis, & tales quidem Ephesii antea erant: *Insultus tantum quærit de jicere quos vidit in fide firmos stare* in idem Ephesii postea facti sunt: quando illis Dæmon adco factus tentationum & insidiarum continuus*

To. Anson. Velaque in Indice in domin. 2. quadr. n. 8. l. 2.

hinc molestus, juxta doctrinam Sancti Cy-
 priani. Id quod expressius ex capitulo ante-
 cedente deducitur, ubi Apostolus ait *Fuisti*
ab ipso tempore inimicus vobis molestus erat,
quod eo tempore minime vobis molestus erat,
Nunc enim, id est, inquit S. Anselmus: post-
quam ad gratiam accessisti, Deo appropin-
quasti gratiaque coalitis lucem vobiscum
habes. Quod ut filii lucis ambulatis in omni boni-
tate, et in veritate, et vobis colluctatio
adversus Principes tenebrarum.
 Miler quidam juvenis, maligno quo-
 dam spiritu obsessus erat. Pater eius quil-
 lam rebus oculorum suorum pupillam tener-
 e cogebat, maligni huius spiritus tyran-
 nem in propriis visceribus suis acutè perlen-
 tibus. Audiens autem Christum varia va-
 lida in hoc patasse miracula, eum adire, &
 pro salute filii sui supplicare illi firmiter statuit,
 tandem vero humilissime eorum eo prostratus
 dixit: *Magister attuli filium meum ad te habentem*
spiritum inutum. Christus autem Do-
minus talibus huius adolescentis miseris
immo compatens, dixit ad Patrem & turbas,
quod obfessam hunc juvenem coram eo ad-
derent, propius ad eum accesserant: Af-
fer illum ad me; & acculerunt eum. In eo-
 dem autem momento Dæmon ad crudelius
 inopetendum miserum hunc juvenem omnes
 malignitatis suæ exercitus in unum advocasse
 videtur. liquidem dixit eius viscera contorsit,
 lumina cum rabie ipsum in terram coniecit,
 effuditque ut veluti mare quoddam à Diabo-
 lo furiosus tempestatibus agitatum, horren-
 dis ab ore spumas eijceret, strideret dentibus,
 proque omnia corporis membra rigesce-
 rent & viscera suorum interiori conversione,
 quam operabatur Diabolus. Causam hoc
 loci certe desiderarem, cur Dæmon in hac oc-
 casione maxime in ipsum Christum præsen-
 tia, ubi timere & tremere debebat, adeo se fe-
 rocem, audacem, & truculentum exhibue-
 rit? Beda ideo id accidisse respondet, quia
 Dæmoniacus Christo maxime vicinus erat:
 Quasi per hoc nobis mon-
 strare vellet spiritus Sanctus, quod quamdiu
 aliquis per peccatum procul à Deo remotus
 est, à Dæmone minime infestetur, sed in pa-
 ce vivere permittatur, si tamen in pace vivere
 dici potest, qui in peccato & procul à Deo se-
 quelatus vivit: at vero quando ei appropin-

quamus per conversionem ad ipsum eliciendo a-
 ctus contritionis, confitendo, communicando,
 operando, bene, & sanctè vivendo tunc prop-
 tinus militiæ signa eduntur, omnesque aver-
 sales cepiæ ad arma properant, milienisque
 tentationum velitationibus & stratagemati-
 bus hominem talem infestantes vix ullam ei
 requiem indulgent: *Allatum Domino puerum*
spiritus conturbat, qui saepe dum converti ad Do-
minum post peccata conatur, materibus antiqui
hostis pulsatur insidiis; inquit Beda. Uno ver-
bo: Sanctitas nostra apud Dæmonem tuba
quædam bellica est, quæ tentationum suarum
exercitus ad certandum excitat & congregat.
 Septuaginta duo discipuli à longinquo
 redeuntes læti prorsus & hilares, dignas &
 gloriosas, quas passim ediderant actiones, cæ-
 lesti magistro præter debitam venerationem
 & reverentiam, eidem submissimè exhibi-
 tam, referebant, nec non qualia in virtute fan-
 ctissimi nominis sui operari fuissent miracula
 inter quæ unum è præcipuis erat, quod Dæ-
 mones audito eius nomine, pavore & formi-
 dine pleni protinus fugerent: *Domine etiam*
Dæmonia subiacentur nobis in nomine tuo. Quib-
us Dominus respondit: Videbam Satanam si-
cut fulgur de calo cadentem, quasi diceret, sci-
tote quod & ego Satanam ab Emphyreo corrump-
entem viderim; verum scitisne quo modo? si-
cut fulgur. Quænam autem est hæc satanæ
eum fulgure similitudo? cur non potius dicit
eum cecidisse sicut lapis, vel sicut pluvia aut
grando, quæ agros & campos destrunt & de-
vastant? scriptores sacri varias huius similitu-
dinis adferunt expositiones: Sicut fulgur, in-
quit Carthusianus, id est valde celeriter & ter-
ribiliter sicut fulgur, inquit Titus Bostrensis,
quia natura fulgidus erat ut fulgur, sed factus
est tenebrosus propter effectum, quia quod Deus fa-
cit bonum, hoc ipse in se alteravit in malum. Mea
autem opinio est, Christum assimilasse dæmo-
nem fulguri propter effectum, quem producit.
 Fulguri namque proprium est miro quodam
 & insolito modo suam exercere activitatem in
 locis quæ invadit, medullam namque ossi-
 um consumit carne intacta manente, absorbet
 vinum non læso vase, consumit ferrum gla-
 dii illæsa manente vagina. In aurum & ar-
 gentum violentos suos exomittit furoros &
 oculis damnum non adfert, lapidum &
 aris duritiem frangit nec tangit paleas aut
 stru-

Beda ap-
 Velasq. in
 tab in
 Domin I.
 Quadrages.
 num 8.

Luc. 10.

Dio. Car-
 th ibi ar.
 26 f. 177.
 lit B.
 Tit Bo-
 stren. in
 car. D. Th
 ibi fo. 191.
 col. 2. l. B.

X
 ...
 ...
 ...

stramina, denique suam semper potentiam in iis; quæ meliora sunt exercere cernitur. Volebat igitur Dominus discipulis suis dicere. Hanc Diabolus præ se fert proprietatem, quod sanctitatem semper infestat tentationibus suis, & ubi hæc major est, majorem quoque violentiam infert malignitatis suæ exercitus ad aurum & argentum destruendum adhibet, id est, ad pericendos homines qui in Dei servitio maxima sunt perfectione conspicui, eosque expugnare quærit, qui solidi argue constantes esse reperuntur in sanctitate. Quæ veritas à Sancto Cypriano hæc riam doctrina authenticatur, quæ dicit: *Eos diabolus quaris deicere, quos vides stare.*

D Cyprian. lib. 3. Epist. 1.

9. Quamnam exitimas esse causam, o Roma, quod sacerdotes per totam quadragessimam quotidie in missæ sacrificio populum ad humiliandum coram divina majestate capita sua exhortentur, dicentes: *Humiliate capita vestra DEO*, quod etiam aliis quibusdam diebus vigiliarum & jejunii alicubi observatur: Cur oblecto potius his temporibus id fit, & non aliis? Neque enim credendum est, Ecclesiam casualiter gubernari, utpote quæ regitur & ducitur ab ipsomet Spiritu Sancto: Quam ergo putatis fuisse hæc in re Sanctæ Ecclesiæ intentionem: Hujusmodi difficultatis resolutio ex cæteronomia quadam dependet, quæ adhiberi solet in diebus Paschæ Resurrectionis. Fideles namque illis diebus cibos quosdam quos tunc sunt manducaturi ad Ecclesiam deferunt, ut à Sacerdote benedicantur, qui habitu sacro vel saltem ad minus stola indutus eum cruce & aqua sancta eosdem benedicit. Circa quam cæteroniam duo præcipue seire desidero Primum est, quo fine fiat hæc benedictio? Secundum, cur in die Resurrectionis & non in alio? Durandus respondet cibos in die paschæ benedici, quia inimicus nostrer tunc nos magis satagit supplantare, se namque intra cibos illos abscondit, ut nos eosdem manducantes ipsum quoque in stomachum nostrum attrahamus, ut hac ratione nos tenendi atque torquendi occasionem habeat: poterit omnino, sed in die paschæ omnes ad Deum conversi sumus, omnes confessionis & sacre communionis sacramenta accepimus, sumus omnes in gratia, & consequenter sancti, quando peccatores sumus non nos molestatur, at vero quando nos videt spiritus & lentia non dejecit, fraudulencia dicipiar

Guilielm. Durand. in Rat. die off. de die Sanct. Pascha fol. 245 nu. 7. col. 1.

bonitati deditos, Ecclesiæ aliaque devotionis exercitia frequentantes. tunc tunc inimicus nostrer nos magis satagit supplantare. Ac prout dicitur in hac sancta die nihil, quod à sacerdote non sit benedictum comedere debemus: ob hæc tandem rationem, inquit Durandus, vult sancta Dei Ecclesia, ut Sacerdotes in diebus quadragimæ alisque quatuor temporum & vigiliarum jejuniis populum ad humiliationem exhortentur dicentes: *Humiliate capita vestra DEO*: Quia cum illis puritæntia temporibus Spiritui vacemus, orationibus quoque, jejuniis aliisque operibus bonis dediti simus, ideo Diabolus tunc expersisur, alios quoque Dæmones excitat, congent tentationes, insultum suorum aciem accuratè instituit, ut quo tempore nos Deo vacamus, & per viam perfectionis ambulantes sanctitatem amplectimur, is adhuc omnia impedienda omnem suam exerat furiam, omneque possibilem violentiam adhibeat: Perro in missis quadragimæ simulibus frequentatur: *Humiliate capita vestra DEO*: us quod illo tempore diabolus magis impugnat nos, unde Deum humiliter orare, & nos sibi humiliter debemus. Sic quoque diabolus Christum nunquam tentavit nisi postquam baptizatus è Jordane descendit: Tunc Jesus desertus est in desertum, ut tentaretur à diabolo: sed donec illum in deserto quodam vidit inter horridas asperitates & quadraginta dierum noctiumque jejunium consistentem, tunc enim lapidibus armatus ad pugnam eum provocavit dicens: *Dic ut lapides isti panes fiant.*

10. *Dic ut lapides isti panes fiant.* Quid est delecta infernalis, quæ crudelitate nulli cedis Tigridi, quod nunc erga hunc famelicum Iesus ut te adeo exhibeat primum, compatiens: & benignum? Iurarem sub hac virtute, sed ficta vitium aliquid sed verum abscondi, & sub hoc opere misericordie insignem crudelitatis actum reconditum esse: *Laver anguis in herba*, adducit enim iniquitatem, sed ea veste amictam ut charitas esse appareat: *Signum panis petri* (inquit Chrysostomus) ut ieiunium cibi tremendum re fugiat, panem malis ingeris consolator ut virtutem mutet, ut propositum violet ieiunium: nec alio fine hinc stratagemati. Valentinus noster, quam ut quem violentia dicipiar

deceptus. Occurrit etenim Diabolus filio Dei, cuique lapides aliquos ostendit vel portigit, quasi ei dixisset: Famicum te esse video, atque ideo pietas me movet, ut tibi subveniam, quamvis abstinentia macerata membra tua extenuarunt, ideoque charitatis zelus me extenuat, ut dum aliud non habeo, hic tibi lapidibus proficiam. Si etenim verum est, quod filius Dei sis, prout passim à multis esse creditis, tibi eos in panem convertere difficile non erit, ut aliquam languidis membris tuis ministris refrigerationem. O asturia diabolice innotescat, & tentationum suarum venenum charitatis saccharo obtegere! Unde S. Gregorius Nazianzenus ait: *Benignitatis quibusdam benevolentiam hanc esse illius pugnandam*... *ne sit quoque technae ejus à S. Gregorio Patre dicitur: Antiquus hostis*... *quodam modo palliat ut plerumque vitia virtutes*... *ut dicitur S. Evangelista Matthæus de certis quodam juvene, Christi discipulo, qui Christum sequendi, eidem servandi cupidus, percontans amicos, divites, omnibusque, quæ habebat, ultimam vale dixerat: Accidit autem, quæ die quadam, dum cælesti suo Magistro illud, hoc ad eum deferretur nunciū: Mortuus est pater tuus, quo percipito, cor suum ex improviso motore haud mediocriter occupari sensit, qui per lachrymas ab oculis manantes, nec non profusoda laborum suspiria, indeque interceptas voces, se mox prodidit in publicum paulo post licentiam sibi à Magistro indulgenti petiit, ut urgente gratitudine erga patrem, citissimos ei sepulchræ honores impenderet. Dixit ergo: Domine, permittito me*... *proinde ut sepelire patrem meum. Dominus autem hanc ei licentiam, opus hoc charitatis de misericordie præstanti, impetrari nullo modo voluit, quin potius prohibuit, ne discederet, non decessit enim amicos & cognatos, vel alios vicinos, qui hoc sepulchræ officio obirent. Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Nolo hic plusibus investigare, quænam fuerit hujus discipuli intentio, patrem suum sepelire volentis; multò magis, cum Christus in ejus petitionem condescendere noluerit: sed solum scire cuperem, quidnam hujus nunci de morte patris bajulus fuerit? si quidem Evangelista hac de re nihil meminit, sed ab improviso juvenem introducit, hoc modo loquentem: Domine, permittito me*

primūm vero, & sepelire patrem meum. Aliqui dicunt, quod dum juvenis è paterna domo ad Christum sectandum discessit, pater ejus de facto infirmatus fuerit, ac proinde eum post dies aliquot præterlapsos, patrem suum mortuum esse, sibi persuasisset. Alii autem existimant, quod pater non quidem effectivè mortuus fuerit, sed quod cum jam esset decrepitus, redire ad eum voluerit, tum ut curam ejus haberet, tum etiam, ut illi morientis existimabat enim, illum indilate ob nimis deficientem ætatem moriturum esse] oculos clauderet, & terræ sepeliendum mandaret, si Deo ipsum ex hac in alteram vitam evocare complacuisse: Ita affirmant Theophylactus, Simon de Cassia, & alii. Veruntamen universalis ferè est omnium Scriptorum opinio, patrem verè mortuum fuisse; ita Chrysoströmus, Basilus, Euthymius, Paschasius, Beda, Rupertus, S. Thomas, Albertus Magnus, & alii: Qui tamen nunciū id indicantem, dæmonem fuisse existimant. Verum enim verò non habet igitur infernalis hæc bestia alia, quæ agat, quam ut alienis sese negotiis immisceat? Quid Dæmonis intrerit, sive pater hujus sepeliretur, aut non sepeliretur? O astutam dæmonis inventionem! nam erga animas nil curat ipsissimam se crudelitatem exhibere, damnum verò istud ut palliare possit, pietate erga cadavera illud vult compensare.

12. Eundemmet ferè casum cuidam Religioso, Deo in monasterio ferventi, accidisse reperio; huic namque Dæmon quoque in habitu cujusdam juvenis sæcularis apparuit, omnes totius familiæ, sive progenieturæ parentes & cognatos se cognoscere fingens, ipsummet quoque Religiosum ex nomine proprio, quo in sæculo vocatus fuerat, appellans, seque domus suæ paternæ proximum vicinum esse; indeque se rerum suarum hausisse notitiam simulans: Dicebat autem, se à cognatis ejus expressè ad ipsum dimissum esse, ut sequentia ei annuntiaret, scilicet eodem die patrem suum ex hac ad meliorem vitam transivisse, & pia quædam legata in testamento suo legasse, ejusque executorum dictum religiosum filium suum constituisse; ac proinde opus esse, ut indilate se domum paternam verus reciperet, præque prædicta legata paternæ animæ acceleranda salute inter pauperes distribueret. O iniquissime spiritus, quid non efficias inter eos, à quibus minimè

Theophyl.
in cap. 9.
Luc.
Simon
Cassia lib.
9. cap. 16.
Chrysostr.
Basilus,
Euthym.,
Beda,
Paschas.,
Rupert.,
Thomas
Albert. M.
Joseph Sp.
ranza
punct. 35.
fol. 94. col.
2. lit. D.

Handwritten notes and markings on the right page, including a large 'X' and some illegible text.

cognosceris? Sub pietatis prætecto, qualis est
satisfacere legatis piis, paternam hereditatem
in elemosinam distribuere pauperibus,
ad fugiendum cōmonasterio, ad deserendam
religionem, bonum illum Religiosum inducere
voluit, qui in eadem in Deservitio, & merito
sibi accumulando tantopere proficiebat: *Ne
facias moras, sed veni & vende omnia, & fac
secundum voluntatem Patris tui*. Verum ad
sacram Scripturam, à qua superius non nihil
digressi fuimus, revertamur: ut Dæmon disci-
pulum illum à sequela Christi, quam exor-
sus fuerat, diverteret, sub sanctitatis & ope-
rum misericordiz specie idiplum moliri vo-
luit, specioso illo utens prætecto, nimirum
ut proprii & naturalis patris sui funeralibus
& sepultura assisteret; atqui hinc est, quod
Dominus eidem discipulo prohibuerit, ne
abiret, dicens: *Sequere me. & dimitte mortuos
sepelire mortuos suos; Dæmonis namque tech-
nas ipse cognoverat, quod nimirum sub specie
charitatis ipsum à Christi sequela divertere,
& ad mundi vanitates consecandas allicere
præsumeret. Alto consilio sapientissimus Magister
adolecentem ad se vocavit, & pietatem sepeliendâ
parentem ei licentiam denegat: Agnovit omnium
Conditor, quod à sub demortuo illo parente Diabo-
lus latebat: nam hæc est astutia Dæmonis. & il-
lius hæc sunt fraudulenta insidia, ut prætecto pie-
tatis, & debiti muneris, nos à Christo, ejusque se-
quela ad mundana seducat.*

13. Ac proinde, quisquis actiones Dæmo-
nis in exteriori duntaxat superficie confide-
rat, se deceptum esse, frequenter experietur.
Cuncti Hebræi in exterminio Redemptoris
concitati, indesinenter vociferabantur:
*Crucifige crucifige eum, volebantque eum om-
nes mortuum*. Sola Pilati uxor querere vide-
batur, ut eum tueretur, & à morte liberaret,
dum hunc ferè in modum maritum suum est
allocuta: *Mi marite, expedit nonnunquam,
ut viri conjugum suarum suggesta consilia
non penitus respiciant; quippe dici solet, plus
quatuor oculos videre, quam duos; Obsecro
igitur te, ut precibus meis adquiescas, quibus
terogo, ut JESUM heri potestati tuæ config-
natum, à morte liberet, & cave sis, ne mihi
contradicat, eum mortis condemnando, nisi
ipsemet unica totius domus & familie ruina
esse velis; scio etenim, quid in præsentia tibi
loquat. Hoc matutino diluulo, dum so-*

maum inter & vigiliam quiescerem; mihi
menti meæ apparuerunt, quæ me de ejus san-
ctitate & innocentia reddidère certotem.
Nunquid autem ad complacendum & grati-
ficandum plebi adeo evidentem committis
injustitiam? Nil tibi & justo illi, multa enim
passa sum hodie per visum propter illum. Et hoc
quidem uxor marito insinuari fecit. Sedens pro
tribunali. Possem his quoque per medium
transientis adjungere: *Quid Pilatus tibi cum
Christo haberet: itaque iudices ut plurimum ni-
hil habent cum Christo totos enim eos sibi custo-
dat mundus*. Porro Beda & Rabanus opinan-
tur, Dæmonem huic mulieri in visione appa-
ruisse, eidemque Christi persuasisse sanctitatem
ut ex hac cognitione moveretur ad hoc, ut feri-
licer omnem apud Pilatum maritum suum
moveret lapidem, neis eum mortis condemna-
ret, eò quod in gentem id faciendo commissu-
rus esset injustitiam, innocentem condemnan-
do, & damnando animam suam. Obiit pisco,
ô Auditores, dum considero, quod Dæmon
Christi fiat Advocatus, qui Christo magis con-
trarius est & inimicus, quam sint inter se lux
& tenebræ; Justitiam adeo sibi exorsam defen-
dit, & innocentiam prodit capitalis inimici
sui: is, qui homines omnem profus conscientiam
exuere cuperet, nunc Pilatum commo-
neri facit, ne suam conscientiam alterius causâ
condemnet: Pilatum commonefacit, ut ani-
mam suam damnate caveat, qui nihil aliud
adeo impensè procurat aut desiderat, quam
universalem omnium animarum damnationem:
laborat, ut Christum à morte eripiat,
qui cum annihilatum videre se posse exoptat.
Omnino attonitus hæreo, considerans
quod licet Dæmon epilogus seu epitome
quædam sit omnis malitiz, hosce tamen a-
ctus, qui omnes excellentissimarum virtu-
rum actus sunt, ferè eliciat. Attendite & ca-
vete Vobis, ô Auditores, rerumque vestra-
rum diligenter satagite: nolite ei quidquam
credere, non enim quidquid lucet, subito au-
rum esse, censendum est: Diabolus sub aquis
laborat, suasque astutias virtutum coloribus
depingit. Videte & attendite, si verum est,
quod suadet: Ex morte Christi mundi totius
salutem nascenturam esse suspicabatur? Dæmon
sua emergentia & lucra cessantia videbat: ideoque
Christum à morte liberari procura-
bat, ut nos æternæ ejusdem mortis conde-

Sylva
tom 2. lib.
4. cap. 21.
qu. 8. n. 28.
fol. 132.
col. 1.

Luc. 23.

mentis perpetuo maneremus. Christum à Pi-
 lato ablati desiderabat; ut ipse animarum
 salutem Dominus fieret absolutus. Estque
 Rabini conceptus hinc verbis expressus: *Nam*
quodam Diabolus intelligens, per Christum se spo-
sum de manibus Iudeorum liberare, ne per eius
mortem, mortis amittat imperium. Et in eodem
quoque locuti s. Cyprianus scribit: Diabolus in-
dicat, delicta committentibus suam, ut perdat.
 14. Quot simplices perdit sunt, eò quòd
 hæc diabolica tiratagemata minimè cogno-
 vissent: Hæc namque est v. r. f. u. s. i. m. a. Diabo-
 licæ, ut si te de sup. tibi tentare velit,
 tibi humeris persuadent, necessitatem esse
 gratiam ut statui tuo gravitatem, & quòd fa-
 mularum se aliis reddere, idem sit, quòd dig-
 nam suam abiecerit. Si te de avaritia velit
 efferturatum, mox tibi repræsentat, neces-
 sitatem esse, ut lucens tuis studeas summa cum
 adhibita, tum ne in eam redigaris paupertate-
 tem, que eadem te cogat, ut indignum quid
 de deo honori, tuæque reputationi adver-
 sum committas; tum etiam, ut facultas tibi
 ad hoc faciendum pauperibus in vita, & per
 ipsa legas Ecclesiis in morte, ad animæ tuæ
 salutem promovendam. Si jejunantem gula
 tenti invadere per valde apparentes rationes,
 eò oculos tibi statuet, te ad jejunandum mi-
 nime obligatum esse, sive ratione juvenitu-
 tis, vel ob infirmitatem, quæ obnoxius, sive
 denique ob deficientem ætatis senectutem;
 imò persuadet tibi, licitum non esse, cum
 corpori victum adimere, qui vitæ sustenta-
 tioni sit necessarius: Similiter menti ingeret,
 jejunium debilitare vires, & spiritum deijce-
 re, adeo ut Deo in majoris momenti negotiis
 servare minime possis. Homini idiotæ effica-
 cior facile persuadebit, quòd si martyrii co-
 lora laetari, & ad fruendum Deo indilare &
 sine mora in celum evolare velit, violentas
 filij metaph. manus inferat, sic enim brevi suo
 & lætato gavissimum esse. Simplici alicui
 perturbatæ mentis mulieri fortiter impi-
 met, ut prius peractâ confessione, commu-
 nicæ quoque lacra palpata, postea verò do-
 num reverentia, sive ullo alio peccato commi-
 ssa, in gratia Dei constituta, in puteum sponte
 propria semetipsam precipitet, si animam

suam in Paradisum protinus rapi velit. Et
 quot miseris mulierculis, domi familiæ curam
 utiliter gerentibus, scrupulum quandam ca-
 rum mentibus ingerit, eò quòd non frequen-
 ter Ecclesiis, quòdque in præfenti bona face-
 re omittant, cum posteaquam ex hac vita mi-
 grant, illa facere non possint, quæ proinde
 itationes ad comparandas sibi indulgentias vi-
 sitate incipiunt; vesperi autem domum rever-
 tæ, habito conscientie examine, jaçturam lu-
 cro, & majum bono longè majus esse, serò ni-
 mis advertunt. Ac proinde optimè fructus
 ille dicebat: *Diabolicus spiritus totis viribus la-*
borat, peccata nascio quo fuce colorare, & deau-
rare, ne appareant. Et tandem, quos in se chari-
tatis stimulos latere non simulat, dum jejunan-
tem Dominum in deserto extra omniem homi-
num societatem famelicum esse conspiciat.
 Ibi namque tanta se charitatis flamma ardere
 mentitur, ut tandem aliud nihil habens, lapides
 Christo præfentet, ne eum post longam adeò
 abstinentiam cogatur videre languentem: *Dic-*
us lapides isti panes sunt; verum sub hoc verbo-
 rum suorum fasciculo iniquitatis suæ serpens
 abditus latebat.
 15. Videns demum conatus & consilia pro
 voto sibi minimè succedere, locum tentatio-
 nis mutavit, futurum esse sperans, quòd cum
 mutatione loci feliciorum quoque tentatio-
 num suarum habiturus esset eventum: *Statuit*
eum suprapinnaculum templi. Et dixit ei: si filius
Deus, misse te deorsum. Verum enim verò, cum
sis Diabolus, cur Christo supra pinnaculum
templi constituto, fortem quandam impul-
sum non imprimis, quo eum ex tanta alti-
tudine deorsum præcipites? Audite sanctum
 Hieronymum, dicentem: *Cum sit valde debilis*
juadere potest, præcipitare non potest. Etenim
 Diabolus adeò est pavidus, vecors, ignavus &
 pusillanimis, ut ad tale facinus committen-
 dum se applicare ausus non fuerit. Atque
 idèd, ó Auditores, audito Diaboli nomine
 non terreamur, sed generoso & intrepido a-
 nimo simus; siquidem, ut communi prover-
 bio dici solet, Diabolus adeo turpis non est,
 prouti depingitur, nec adeo formidabilis, ac
 nobis imaginamur. Opportunè hic mihi hi-
 storia quædam servit, quam Plutarchus de
 Lacedæmone quodam scribit, qui dum pictu-
 ram quandam, in qua vir quidam Athenien-
 sis cum Lacedæmone pugnabat, confide-

Didacus
 Bozarom.
 2 in E-
 vang. lib.
 6. cap. 3. s.
 47. fol.
 212.

D. Hierom.

æret,

Handwritten notes on the right page, including "X" and "25".

raret, videretque illum huic praevalere; super-
 venit alius quidam civis Atheniensis, qui
 etiam gressus suos sistens, eandem contem-
 plabatur picturam, videntque concivem suum
 alterum supplantare, dixit: *Fortis Atheniensis,*
 cui Lacedaemonius subter respondit: *In tabu-
 la;* quasi diceret: sunt quidem fortes, sed in pi-
 ctura. Idem quoque de Dæmone dici potest,
 scilicet, quod sit fortis in tabula. Communiter
 enim fortis, atrox, terribilis & formidabilis
 depingitur, quando autem ad fortitudinis
 suae specimen edendum devenitur, ad eum il-
 lum timidum & pusillanimum esse experie-
 mur, ut in vecordia & timiditate vix parem
 sibi habeat. Ac proinde nescio, cui Dæmonem
 majori cum proprietate comparare possim,
 quam cum Chamæleonte, de quo Terrullia-
 nus scribit, eum unum ex animalculis mini-
 mis esse, quæ in agris reperiri solent, quo-
 rum sub uno pampino integer latere exerci-
 tus posset, & tamen qui eum non cognosce-
 ret, solo eius audito nomine plus quam ex vi-
 so leone formidaret. Chamæleon chea quam
 terribile nomen, cujus sola otis expressio au-
 dientem exterreret: *Bestiola de medicis ubi id,*
sed nomen grande. Chamæleonem qui audieris,
haud antea gnarus, iam timebis aliquid amplius
cum leone; at cum offenderis apud vineam, forma
sub pampino totum, videbis illico audaciam &
gratiam nominis. Pari quoque modo seres cum
Dæmone habet: Formidabilis esse cenferur ho-
minibus, ipsum veluti expavescendum quod-
dam monstrum apprehendentibus, cum tamen
experientia nobis illum ad eum infirmum, debi-
lem, vilem, exiguum, & pusillanimum esse de-
monstret. Uno verbo, nil magnum præter no-
men obtinet. Unde merito vocandus erit Cha-
mæleon infernalis Sathanas, hæc enim voca-
bula gigantum inter nomina esse videntur.

26. Salvator noster valde mysticam nobis
 parabolam proposuit hominis ejusdem, qui
 granum aliquod in agro suo seminaverat,
 quod cæterorum omnium, quæ granariis suis
 continebantur, flos quidam erat: *Simile est reg-*
num calorum homini, qui seminavit bonum se-
men in agro suo; in tempesta nocte autem, quando
omnes gravi sopore jacebant sepulti; cum dor-
mirant homines, venit inimicus ejus, & super se-
minavit zizania in medio tritici. Porro hunc
seminatorem alium non fuisse, quam dæmo-
nem, ad eum certum est, ut probatione minime
indigeat. Hoc solum sciendi cupidum me esse

fateor, quare in tempesta nocte, quando om-
 nes dormiebant, & non potius diurno tem-
 pore, quando omnes vigiles erant, sua semi-
 navit zizania? Num forte dubitabat, nisi de
 die seminarentur, postea nata non fuissent?
 sed mala herba etiam non seminata, super la-
 pideo quoque fundo crescere cernitur. Ete-
 nim sanctus Pater Chrysologus hoc totum
 similitudini & pusillanimitati Dæmonis attri-
 buit, qui iniquitatem seminaturus, diurnum
 ad id tempus adhibere non audebat, timens,
 ne si fortasse conspiceretur, turpem mox fu-
 gam inire cogendus esset; imò credo, parva-
 lum quoque puerum ipsum abigere potuisset:
Insidiator vigilantes fugit, appais dormientes;
Maxima infirmitatis indicium est, dormientibus
irruisse.

17. Vix Christus in Gethsemani Urbem
 pulerat, cum ecce infelix quidam Dæmonia-
 cus obviam ei factus occurrit. Spiritus autem
 ille malignus à Christi præsentia vehementer
 se torqueri sentiens, supplex Christo stiti
 cœpit, dicens: *Quia mihi & tibi IESU fili DEI*
altrissimi? Adjuro te per Deum, ne me torques.
 Tunc Salvator eum, quod nomine appellaret,
 interrogavit, dicens: *Quid tibi nomen est?* V-
 rum dicere non nemo potuisset: Tibine, ô Dæ-
 moniac, cui omnium creaturarum rerum nomina
 nota sunt atque perspicua, nomen hujusce
 spiritus poterit esse ignotum? Num forte e-
 jus oblitus es? Minime gentium. Sed ponis
 volebat, ut ipsemet malignus spiritus atâ
 voce id ipsum ederet, ut ab omnibus posset
 circumstantibus intelligi, quânam ille, aut
 qualis esset. Respondit igitur: *Legio mihi no-*
men est; nostrum siquidem valde multi in hoc
 corpore præsentis adsunt, integra scilicet leg-
 io, qua hoc corpus veluti obsidione qua-
 dam cingitur: *Quia multi sumus. O Deus!* In-
 tegra quædam Dæmonum legio, quæ aliquot
 millena & millena constituit, adversus vani-
 cum miserum quidem & pauperculum homi-
 nem? Nunquid unus Dæmon illi abunde
 sufficeret? Sufficeret quidem, sed Dæmones
 adeo sunt timidi & formidolosi, ut pro uno
 homine non videatur integer sufficere exer-
 citus, sed illorum legiones requirantur. Num
 forte amplius quid in hanc rem dici poterit?
 Per hunc autem casum Deus nos docere vol-
 uit, Dæmonem nobis quidem sollicitè ca-
 vendum, non verò formidandum esse, imò
 nos potius ipsi terribiles & formidabiles esse

Plutarch.

Tertull.
lib. de pale-
to, cap. 3.

Matth. 23.

esse videtur. Huiusmodi [inquit Chrylogus] ut docet credens esse Demones, non timendos. Crediendum autem, unicum duntaxat Dæmonem abunde ad integrum hominum legionem dissipandam sufficere: & tamen ejus omnino experiri contrariū; siquidem integra quædam Dæmonum legio, quæ constat ex sex millibus, sexcentis, sexaginta sex, adversus unicum tantum hominem armatur. Unde Chrylogus iterum ait: Age Christiane, incide securus, turbata est iam multa Dæmonum, quæ sic metuit, incurre, fugas precibus si videat, si sentiat, si cogitans armatum. Imò apud S. Bernardinum benedictum legitur, quod Lucifer tenebrarum principis ter à S. Francisco devictus, sexaginta millia pessimorum Dæmonum, quos Incubum unum versum habet, adversus eundem obarmavit: Nolo quidem inficiari, quin S. Franciscus non fuerit de numero generosissimorum militarum, qui in militia christiana inventi possunt: verumtamen inaudita res est, quod sexaginta millia unicum duntaxat duci superantem adhibeatur: si enim ille ipsissimus Mars esse non valeret tantæ potentæ & multitudinis. Verum sciendum, quod illa sexaginta Dæmonum millia adeo fuerint ignava & timida, ut vix uno generoso militi superantem adhaerent: Franciscus, contra quem Luciferum devictus, sexaginta millia Dæmonum armavit.

bus Lunapatiens: Itaque hominis sensus & iudicium pendebat ex Luna. Morbus hic dicitur essentialis & caducus, cadere faciens nunc in ignem, nunc in aquam. Nolo hic disputare, vel confirmare aliquod medicum instituerit de causis & effectibus huiusce infirmitatis, sed solum modo investigare desidero, num hic juvenis malum istud realiter passus fuerit, an verò hi effectus miri & insoliti, ab aliquo alio principio fuerint causati. Probè quidem scio, Christum curare illum volentem, demonium ab eo pepulisse: Inreparavi illum Iesus, & exiit ab eo demonium, & curatus est puer ex illa hora; at verò si spiritus malignus erat, qui ipsum torquebat, quomodo id pater nunquam animadvertit, sed semper infirmitatem quandam esse existimavit, à decremento & incremento Lunæ solùm causatam? Respondendum est autem, Dæmonem hunc occultè in hoc juvene fuisse, nec usum fuisse se prodere, quia velut formidolosus trepidabat, torquebat quidem infirmum, sese tamen non manifestabat, sicque efficiebat, ut passim hæc infirmitas crederetur à Lunæ influxibus fuisse causata, quasi intra semetipsum dicere vellet, donec ego in hoc corpore clam fuero ab omnibus absconditus, facile rem meam salvare poterò; at verò, si me aperuerò, vix mihi, nam actum est mecum, non ausim me alicui ex fronte directè opponere, neque enim vel unicum obliquum, aut oculum distortum sustinere valeo. Quid Dæmon sub Luna influxibus dissimulari satagebat? voluit Lunatici morbi velo se dissimulare, ut dum nature infirmitas tribueretur, contra latentis hostis infirmitatem, exorcismis & piis precibus subitò vincendam non decerteretur.

Palat. in cap. 18. Mar. f. 50r
Matth. 17
Andreas Pinus. Ramirez Append. Tropolog. 5510. n.
Ritual. Rom. d. Sacram. Baz.
plenas.

19. Illam Vos obsecro, ô Auditores, in memoriam Vobis revocate piam ceremoniam, quam Sacerdos observat, quando infantem aliquem baptismali undâ tingendo baptizat. Is namque Diabolum, qui causante culpâ originali, animam infantis in sua possessione tenet, in turpem fugam agere volens, hæc ad illum verba pronuntiat: Exi ab eo, immunde spiritus, & da locum advenienti Spiritui sancto & recede ab hoc famulo Dei. Dietsiq; hinc verbis, trinâ vice in infantis faciem exsufflat. Ita enim præcipit Rituale Romanum, dum ait: Tunc Sacerdos exsufflet ser in faciem infantis in modum crucis. Suppono autè, nullam prorsus in Ecclesia Dei ceremoniam esse, quæ sine ratione & casualiter facta sit, sed omnes esse mysteris

Handwritten notes in red ink on the right page, including 'X' and '5'.

plenas ; Atque ideo mysterium in hac cerimonia latens, diligenter investigemus. Etenim quod Sacerdos Dæmoni recessum à corpore præcipiat, non habet difficultatem quidem, quia Deus Sacerdoti in Dæmonem auctoritatem concessit : at verò, quod postea *insuffletur in faciem infantis*, quid hoc significet, imaginari mihi nequeo. Nunquid melius futurum esset, si illi Sacerdos comminaretur, aut si illum, prout meretur, verbis acerbis & injuriis proleinderet? Nequaquam, sed Ecclesia vult, ut in eum *Exsuffletur*, ut per hoc nobis insinuet, inquit Jesse Ambianensis, eum, quem habemus infestissimum inimicum, adeo debilem esse & infirmum, ut cum haud secus ac pulverem quandam bis terre exsufflando fugare possimus: *Resse enim exsufflatur & proficitur tanquam pulvis à facie venti, confusus in sua n. quia Diabolus.* Denique modicus fumus, qui è corde piscis igne cremato exhalatur, in fugam eum convertit: *Cordis ejus particulam, si super carbones ponas, fumus ejus excitat omne genus Dæmoniorum*, inquit Angelus Tobia: Ac proinde non jam amplius admiror exercitum illum, qui de nocte prope arundinetum quoddam dormiens, mox ut ventus quidam impetuosior arundines inter se allidit, & concutiendo committit, inimicum exercitum hastas currendo inter se complodentem imminere existimans, in tantam agitur animi dejectionem atque formidinem, ut pavore adactus, in turpem sese fugam receperit: Diluculo verò sequestri strepitum, quem audierant, ab arundineto, non verò ab exercitu, ab arundinibus, non verò ab hastis obortum & excitatum esse animadvertens, re ipsa compertit, quod ex modico quodam vento è militibus valde generosis timidissimi facti sint lepores: Veruntamen hoc nihil est respectu metus & pusillanimitatis ipsius Dæmonis. Pro cuius majori certitudine & evidentia, sequentem Scripturæ historiam cum silentio velim auscultetis.

20. Saul miser & desolatus à tyrannico quodam spiritu valde ferociter agitabatur, ita ut moriendo langueret, & moretetur languendo. Tragicam enim agebat vitam, & læpenumerò in circumstantium præsentia adeo miserum & amarum edebat spectaculum, ut ipsas etiam ad compassionem excitare feras, & petras emollire potuisset, quantumvis durissimas. Stridebat enim dentibus, labia distorquebat, nutabat capite, vestes dilacerabat, accendebatur in vultu, & inter mille convulsiones, contorsiones, compulsionem manuum, cursum & recursum ex omni parte regie horribilia resonabant lamenta: instar infantis hominis per regia discurrebat conclavia, adeo ut somni languor & pigritia oculorum suorum deinceps fugeret lumina. Quies concedo membra illius non amplius restituerat, nec in corde ejus ulla habitare poterat pacis tranquillitas; civitas pectoris sui ab inimico maligno mille perturbatis cogitationibus, ac totidem tumultibus seditionibus, susque deque vertebatur. Potentia ejus interiores in confusa quadam deordinatione sepultæ jacebant, sensusque à Dæmone agitari tumultuarie vertebantur in inordinatam quandam discordiam; Et ecce David cytharodus in ejus conspectum veniens, sonorum mox è chlamyde, de qua tegebatur, extrahens cytharam; priusquam verò libertatis sonum cateri intulisset silentii, vertit & concinnavit Regitrorum suorum claves & fides, iisque optime inter se adaptatis, dulcem adeo harmoniam edidit, ut præ gaudio saltitare cœperint omnium circumstantium corda; quoties enim fides, totidem linguæ eidem instrumento inesse videbantur, quæ optime inter se juxta proportionem musicam concinnata, suam per ætra diffundebant, pacificamque melodiam.

21. Et ecce distortus & conturbatus sanis animus, serenitati pristinae se confestim sensim restitit, sensum procellas in quandam pacis malaciam converti, animæ tempestates in placidum quoddam silentiū componi, ipsique ex orco prodientem tentatorem à multalibus percussioibus, seu tactibus, forte terangi, percuti, & in fugam converti, infertalem denique animi sui infererem discordiam, qua Saulis viscera miserè, imò tyrannicè desolabantur per suavam chordarum cytharæ suæ concordiam, efficacissime abigi: *Percutiebat David cytharam, & spiritus malus recedebat ab eo*; quasi diceret dæmon: à vi musicæ inavelsus, fugere cogor; sonum audio, qui quasi tuba bellica ad certamen me provocat, harmoniis tactibus me pulsât, fugisque velocissimis in fugam me convertit. Hic sonus alios lætificans, me terret & conturbat: cedo campum cytharæ, derelinquo inceptum facinus, meque turpiter profligatum esse conspiciens, in cacum abyssi barathrum recipio. *Et spiritus malus*

10ff. Ann.
b. a. n. in
Ecl. ver.
Patr. 7. 9.
fol. 51.

debat ad ea Verum enimvero, quænam huic cy-
 thara virtus inesse poterat, quæ hunc in dæ-
 monæ effectum producere valebat? Scio equi-
 dem, Orphæum & Amphionem lyra sono fu-
 guratum feratim struisse cursum; hæc au-
 tem dæmones timidos, pusillanimes & fugi-
 tivos efficit. Etenim illa dæmonis-pusillani-
 mitas & pavor non à cythara eidem incutitur,
 sed pavore illum, ubicumque est, semper se-
 cum portat, & ideo ad tactum unius chordæ,
 vel ut vis nocturna ad arora ortum, in tur-
 pen se fugam convertit, tam excors & formi-
 dabilis est dæmon, id quod beatum Archi-
 episcopum nostrum Valentinum in magnam
 admirationem rapit, dicit enim: *Mira res, mi-
 ser, quod dæmon, ad cythara sonitum tre-
 pidat, recedit.*

21. An proinde cum dæmon adeo sit timi-
 dus & debilis, cur ejus tentationes tantopere
 formidas, imo cur ab adversario quodam adeo
 pusillitiam vincis te finis? An ignoras, quod
 dæmon tentare potest, precipitare non potest?
 Nequid in hodierno Evangelio vides dæmo-
 nem non fuisse ausum, ut Dominum è templi
 paracoelo precipitaret, licet id vehementer cu-
 pisset, sed tantum suadet, ut ipse se precipi-
 ret? *Utriusque dæmon Offendit in hoc congressu debili-
 tatem suam dæmon, inquit idemmet B. Archi-
 episcopus. O quot hodie inveniuntur, qui de
 peccatis commissis seipso excusantes, totam
 culpam in dæmonem conjiciunt, dicendo, in
 dæmonis facilitate etiam, non potui non face-
 re. Possunt dæmonem idem dæmonem tentare potest,
 precipitare non potest. Facit ipse officium suum
 tentando, tu quoque velut miles Christi of-
 ficiam tuam exequere resistendo quod tibi ne-
 quequam erit difficile, siquidem ad imitatio-
 nem Christi duobus illum verbis procul à te
 precipitare poteris, dicendo: *Vade Satana. Adest
 dæmonium hoc infernale, ut te tentet, quod
 minus pauperibus beneficias; videamus, num
 ab ejus tentatione te vinci permittas: interea te
 cæcavit, ut elemosinam liberaliter tribuas.**

PARS SECUNDA.

22. *Haec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris
 me Vade Satana. Tunc reliquit eum dæmon, &
 cæca Angeli accedebant, & ministrabant ei. Fini-
 ra tentationibus. Angeli accesserunt, ut Jesu
 victori coronam triumphalem contexant, ci-
 que intendant, & obtentæ victoriæ applau-*

dant. Porro si tentationum exitum, indeque in
 animas nostras derivatum proventum mature
 consideremus, inveniemus utique, quod erga
 dæmonem post tentationem grati esse debe-
 remus, siquidem tentatio magnam nobis (licet
 contra dæmonis voluntatem) adfert utilita-
 tem, cum sit occasio, nobis ut apud Deum ho-
 norem, meritum, & gloriam acquiramus; imò
 ipse dæmon faber est & artifex coronatum no-
 stratum: expressè id ipsum dicit S. Petrus Da-
 mianus hisce verbis: *Ipsi spiritus iniqui profectus D. Petr.
 nostri obsequia sunt deputati: Nam dum tenta-
 mur, & non succumbimus, dum impetitur, & opuse. 23.
 prævalemus, dum oppugnat corè violentus he-
 sis, & non expugnat, futura nobis retributionis
 pondus accumulatur: & dum laborem certaminis e-
 rit, victoria nobis misericordiam subministrat.*

Pro hujus veritatis majori evidentia hanc mi-
 hi, si placet, ò Auditores, resolvite difficulta-
 tem. Nunquid Deus, priusquam dæmonem
 crearet, & in primo instanti post ejus creatio-
 nem, per suam scientiam, quam Theologi vi-
 sionis appellant, cognoscebat, quod dæmon
 tentationibus suis hominem infestaturus, & ad
 rebellionem contra divinam ejus Majestatem
 excitaturus esset? Ne dubio: videtur ergo mihi
 melius Deum facturum fuisse, si hunc tuum &
 nostrum inimicum non creasset, sic enim om-
 nes ipsius Dei perenniter futuri fuisset, nec
 habuisset in sui veneratione & servitio tor-
 tibus ei debito, tam multa tentationum ob-
 stacula. Ad hoc per sequentem vobis respon-
 debo historiam. Postquam Romani Carthagi-
 nenses totaliter sibi subjugassent, mox quoque
 decreverunt eisdem totaliter dissipare, ipsamque
 Carthaginem, ejusque mœnia & castella fun-
 ditus demoliri, ut vel sic ne unus quidem Car-
 thaginensium maneret reliquus, essentque secu-
 tis, se nullum deinde eum simili gente bellum
 habituros. Cumque unanimi omnium senten-
 tia id ipsum tanquam rem bono communi utri-
 usque ultimare concludere vellent, Scipio
 Nafica in pedes se erexit, omniumque aliorum
 opinioni se opposuit, hanc sententiam suam ratio-
 nem in medium adducens: Nam si Romani ex
 parte Carthaginensium nullum lateri suo ha-
 bebunt admotum stimulum, otiosi exad-
 suam que in prælus generositate monstrandi
 occasio nullam habebunt, omnis enim
 sublata illis erit occasio, qua se per victorias,
 quas obtinere potuissent, gloriose & immor-
 tales in mundo efficiant: maneat igitur Car-
 thagi-

Handwritten notes in the right margin, including the word "medicab" and other illegible scribbles.

Cal. Rhod. dig. c. 2. lib. 27. f. 1023.

thaginenses in statu suo, & nullo modo extinguantur, quia sunt causa gloriae nostrae, nostrarumque coronatum fabri & artifices, dum nobiscum praerantur: Scipio Nasica servandam Carthaginiem subinde predicabat (inquit Caelius Rhodiginus) ne urbis amula metu ab iaco luxurians Romana felicitas inasperet; cum sit certum, ut dicit idemmet Caelius, quod adversarium fortem, strenuumque, & virtutis non omnino vulgata plerumque professe, creditum experimentis est. Ob eandem quoque rationem dico, Deum non abstinuisse a creando demone, nec illum creatum voluisse annihilare. Nam ut sancti Patres Ambrosius & Augustinus dicunt: Diaboli malitia ad salutem profecti hominibus, non quod Diabolus professe velit sed quod malitiam eius, etiam repugnantis, convertat Dominus ad salutem.

D. Ambrosii lib. de parad. D. Augustini de Civ. Dei. c. 17.

Luc. 22.

24. Porro a tentationibus nascitur saltem occasionaliter nostra perfectio, & quanto plus tentamur, tanto perfectiores reddimur. Et hinc est, quod Christus Redemptor noster tentationes, quas diabolus contra discipulos suos machinabatur, iisdem predicere volens, grani metaphorâ usus fuerit, dicens: Ecce Satanas expetivit, ut cribraret vos sicut triticum; quasi diceret: Moneo vos, o dilecti mei, tenturum esse Satanam, ut vos tentet ad eum modum, quo cribrator triticum agit; scilicet, ut tentationis sua impulsu agitarer, concuterer, & turbaret; per hoc demonstrare volens, quod sicut triticum, dum movetur, turbatur, agitur, vertitur & invertitur, ac in aëra projicitur, semper à lolo, pulvere, palcâ, omniq; alia immunditie purificatur; ita Satanas Apostolos tentationibus agitando, facturus esset eosdem in sanctitate perfectissimos: Est sanctis utile tentationibus examinari (inquit Zacharias Episcopus Chrysolitannus) ut vultuati, quam fortes fuerint, appareat, vel cognoscatur tentationem suam infirmitate fortiores fieri discant.

Zach. Episcop. Chrysolit. 112. Bibli. P. lib. 3. c. 156.

1. Cor. 5.

21. Ad aures S. Pauli Apostoli delata quondam erat fama pessima, quod nimirum inter Corinthios homo quidam esset admodum scandalosus; ideoque epistolam quandam ipsis scribere decrevit, qua illos ad remedium excogitandum hortaretur: Omnino audiamus inter vos fornicatio, ita ut uxorem patris sui habent, ne diabolus omnes fatigavit suis tentationibus sanctos? Quid autem obtinuit? Nihil, nisi quod gloriosiores, pulchrioris, & rutilantiores fecit eos, ut aurum: Fabricavit enim eis coronam iniquitatis, quia Deus quod ille vitabat

D. Anselm. ibid. f. 1. col. 2. l. c.

carnis, qui carnis interitus sectandam S. Anselmum, significat validam corporis afflictionem per diabolum factam. Itane? Ergone possibile est S. Paulo, ut adversus miserum quendam peccatorem adeo defevite inciperet? Verum quidem est, ingens & atrox esse peccatum, tamen ob hoc illum Satanæ manibus castigandum tradere nimirum esse videtur: Ergone homines decerant, qui delictum adeo gravitate debita multare potuissent? Theophylactus loco ly tradere, legit committere eum Satanæ; & postea subiungit: Nec Satana profusum dedendum hunc dicit, sed committendum, id est, consignandum Satanæ, ut eum velut Chyritus quidam caret corpus inflictiis vulneribus, ulceribus macerando, & hac ratione ab exorbitante sensualitate liberando, spiritus postea salutis suæ securior reddatur: Vt spiritus salvus fiat, Satanas morbo hunc maceret. Uno verbo, vult Deus, ut demon homini serviat tanquam Medicus curandus, non verò tanquam carnifex torquendo illum: Aut si etiam nunquam illum torqueat, tormenta illa auctori & medicinæ loco deserviant: Quod utique curatio & medela esset suspitionis parvis quam subeuntis sormento, concludit Theophylactus.

26. Gratosam historiam de Jalone, qui Thestalus dicebatur, referunt Historici, hic etenim in pectore apostema quoddam habebat, quod utpote incurabile effecit, ut à Medicis ejus desperaretur convalescentia, qui proinde ut de rebus suis dispoheret ob imminentem sibi ex hac infirmitate infallibilem mortem iustus, die quadam, dum dispositio animæ suæ, rerum que suarum vacare vellet, inimicorum suorum nonnemo inopinatè supervenit, qui eam sem in illum stringeret, dum eum occideret, eam pectori instringeret, apostema transigendo aperiens causa fuit, cur ab ore vulneris omnis egredereur venenosa putredo & sanies, ipse verò perfectæ sanitati restitueretur. Quod si demon capitalis inimicus noster suis nos tentationibus invadat, terretur in nobis causant. Et ad hoc propositum Patet Lanpergius egregie scribit, dicens: Non ter vos fornicatio, ita ut uxorem patris sui habent, ne diabolus omnes fatigavit suis tentationibus sanctos? Quid autem obtinuit? Nihil, nisi quod gloriosiores, pulchrioris, & rutilantiores fecit eos, ut aurum: Fabricavit enim eis coronam iniquitatis, quia Deus quod ille vitabat

*bat in infero ad malum, verit in bonum. Id-
ipsum demon ipsemet licet invitus conficere
debit, qui dum à sancto Hilanone, (ut refert
sanctus Hieronymus) reprehenderetur, quod
corpore virginis cuiusdam invasisset, & con-
tando affligeret, eidem Sancto respondit: In
hoc corpore dego, ut servem eam virginem: vel
invicta igitur custos factus est virginis, & de
sanctis Apostolus exhortatur, ut in tenta-
tionibus semper gaudeamus, dicens: Omne
gaudium exultate fratres mei, cum in tentatio-
ne carnis miseritis, & ratio est secundum
Dionysium Carthusianum: Quia omnia coope-
ratur bonum. Aqua, quæ multum agitur,
natura lib. 1. magis purificatur. Servus Dei tantò quoque
periculosius redidit, quantò à diabolicis tenta-
tionibus magis impugnatur: Nulla sunt opera
bonorum sine experimentis tentationum, nullum
bonum sine congressione victo-
ripia. namque sanctus Leo. Unde S. Jacobus ten-*

*tationum utilitatem probè cognoscens, existi-
mabar, invidendum esse ei, qui tentationibus
infestatur, dum ait: Beatus vir, qui suffert tenta-
tionem: sciens fortasse, quòd, ut testatur san-
ctus Pater noster Augustinus: Vita nostra in
quia profectus noster per tentationem efficitur, nec
quisquam sibi innotescit, nisi tentatus, nec potest
nisi qui vicerit, coronari, nec vincere potest, nisi
certaverit, nec certare, nisi tentetur. Tentatio-
nes sunt aurifodina, unde purissimum merito-
rum nostrorum aurum eruimus. Quantò igitur
perfectiores sumus, tantò cautiore esse de-
bemus, quia ad malum nos attrahere nititur sub
prætextu virtutis. Nolo tamen, ut ob id time-
re incipiat, quippe quibus res est cum in-
imico maxime debili & timidissimo; felices
autem nos, si in tentationibus perstiterimus,
quia ex tentationibus consequemur meritum,
coronas, & gloriam, quam nobis concedat
omnipotens Deus.*

*Jacob. 1.
S. August.
apud Dio-
nyf. ut sup*

SERMO QUINTVS.
IN FERIAM SECUNDAM
DOMINICÆ PRIMÆ
QUADRAGESIMÆ.

Discedite à me maledicti in ignem æternum. Matth. 25.

Duplicem filii Dei in hunc mu-
dum adventum sætæ referunt
Historiæ: primi quidem mentio-
nem facit Isaias Propheta, di-
cens: Ecce Salvator tuus venit. Se-
cundus verò Chronista Matthæus in Evange-
lio hodierno, dum ait: Cum venerit filius ho-
minis in maiestate sua. Verùm quanta erit dif-
ferentia secundum in die iudicii, à primo, quan-
do mortalitate nostra vestitus, Tanquam spon-
sus processit de thalamo suo; non jam amplius
colles ob dulcedinem liquefacti, mellis &
lactis distillabunt suavitatem ad nutriendos

*in planitie natos flores, vel ad noviter nati Re-
gis comam coronandam, vel denique ad red-
dendum illi odorem suorum tributum: Sil-
labunt montes dulcedinem, & colles fluent lac
& mel; sed potius sublimissimi montes ad
stellas usque se erigentes, & velut immensi
terre gigantes cum Emyreo certaturi, in-
star agitata ab Aquilone frodis trepidabunt:
Vidi montes, & ecce erant trementes, & uni-
versi colles turbati à facie Domini, & à facie ira-
ejus. Nunc videtur veluti Sol quidam huma-
nitatis nostræ nube obumbratus, vel veluti vas
quoddam fictile absconditum intra se Divi-
nitæ.*

*Amos 9.
Jerem 4.*

Handwritten notes in the right margin, including 'X' and '26'.